

Tempore

id est omnes terreni et terram amantes. in die iudicii mirabiliter
 trepidabunt. et sol factus est niger tanquam saccus alicanus. id est qui
 modo splendent in gloria mundi ut saluari possent libenter saccis
 cilicinis induerent. Et luna tota facta est sicut sanguis. id est ypo-
 crite qui modo in apparentia hominum sancti videntur et iusti tunc con-
 fundentur et erubescunt. Et stelle celi de celo ceciderunt super terram
 et clerici qui propter litteraturam suam modo tanquam sint celi sidera sunt
 elati. tunc simplices et stulti reputabuntur ut rustici. et celum recessit
 sicut liberenter inuolutus. et omnia que modo celata sunt et occulta
 uniuersi celestis exercitus notitie publicabunt. et quilibet rationes
 reddet de peccatis omnibus que commisit. et omnes montes et insule de lo-
 cis suis moti sunt. id est omnes qui modo super alios eminent per potesta-
 tem et qui fortis amicum adiutorio nunc undique sunt vallati. tunc omnes
 preterita potestate cunctorum cognatorum adiutorio inuenient se pri-
 uatos et reges terre et principes et tribuni et divites et fortes et omnes
 seruus liber absconderit se in speluncis et petris montium. et dicunt
 montibus et petris. Cadite super nos et abscondite nos a facie seden-
 tis super thronum et ab ira agni quam venit dies magnus ire ipsorum. et
 quis poterit stare. Hec verba sic intellige quod omnes peccatores cuiuscumque
 que sint officii vel dignitatis vel etiam additionis in die iudicii coram
 presentia christi in tanta puenient anxietate si possibile esset quod etiam
 ad litteram in speluncis montium tunc libentissime latitarent. vel etiam
 tunc de criminibus suis seram penitentiam agentes. frustra tunc sanctorum
 auxilium inuocabunt. quos cum poterant imitari nolebant. De resera-
 tione septimi sigilli dicitur Apoc. 8. Et cum aperuisset sigillum sep-
 timum. factus est silentium in celo quasi media hora. Peracto quippe
 iudicio dominus electos suos producet in regnum quietis eterne. ubi ab
 omni perturbatio inimicorum. et ab omni infirmitate ac molestia
 incommodo silentium celebrabitur sempiternum. Quod silentium factus
 in celo quasi media hora. hoc signat quod tanta insatiabile erit gaudium
 illius superne patrie quod electi cum mille millibus annorum cum deo suo re-
 gnauerint. vix se ibi per dimidiam horam fuisse reputabunt. Nunquam
 enim tedium illius gaudii patient. Illi vero qui erunt in inferno pre-
 nimis cruciatibus iugiter clamabunt. et tedio afficient eterno. Unde
 dicitur Psal. 65. Ecce serui mei laudabunt pre exultatione cordis. et
 vos clamabitis pre dolore cordis et pre strictione spiritus ululabitis
 Rogate ergo dominum ut sic nunc dei filio huamus ut electis aggre-
 gati coram ipso postmodum ab omni gemitu fileamus. quod nobis et

In die ascensionis domini. Sermo. XL viii.

Dicit ihesus qui assumptus est a vobis et. Act. 1. Queri posset que christus